

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Christoph. Matthaei Pfaffii ... Institutiones Historiae Ecclesiasticae

Juxta Ordinem Seculorum Brevissimo Penicillo Delineatae ...

Cod. Karlsruhe 417

Pfaff, Christoph Matthaeus

Tubingae, 1727

Cap. III. De doctrina catholica ceremoniis et hierarchia ecclesiastica hujus
seculi

[urn:nbn:de:bsz:31-375661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-375661)

CAP. III.

DE DOCTRINA CATHOLICA,
CEREMONIIS ET HIERARCHIA
ECCLESIASTICA HUIUS
SECLI.

§. I.

DOctrina huius seculi ex symbolis receptis,^{a)}
Actis Synodalibus & Pontificum decretis
scriptorumque Ecclesiasticis, qui hoc tempore
vixere, monumentis præcipuis, maximè verò
Rabani Mauri de institutione Clericorum Lib. II.
cap. 57. capi debet. Ante omnia hîc veniunt
in rem nostram citandi veritatis hoc ævo testes,
cùm constet, superstitiones horrendas, invoca-
tionem Sanctorum, cultum imaginum & reli-
quiarum, meritum operum, purgatorium alia-
que hoc seculum inquinasse, maximè verò præ-
destinationem absolutam, à pluribus hoc secu-
lo cum Godeschalco Monacho statutam, trans-
substantiationis item dogma, clarissimè jam pro-
latum & in systema redactum, à Paschasio Rad-
berto introductum fuisse. Fastui Pontificum
Romanorum egregiè hoc seculo obviam ivere
Imperatores maximè Græci (a), Iconomachi
illi, & subinde occidentales, Carolus M. Lu-

*de corruptelas supra
recensitas,*

Dd

dovi-

(a) v. g. Nicephorus, Leo Armenus, Michaël Bal-
bus, & Bardas, Theophilus & Basilus Macedo, qui
omnes & singuli Concilia, decreta & acta Romanorum



dovicus Pius, Lotharius, Ludovicus II. Carolus Calvus (*b*), etsi hi aliquando temporum iniquitate jam victi vacillarent (*c*), Præsules Galliarum (*d*), Germaniarum (*e*), Italiae (*f*), Mediolanen-

Pontificum parum morabantur, uti ex controversia Iconoclastica, Photiana & maximè quoque Bulgarica satis superque patet.

(*b*) Horum adversus Papam fastumque ac dominationem Papalem oppositiones abundè testantur electiones ac confirmationes Pontificum, leges & constitutiones Ecclesiasticæ, seu capitularia celeberrima & sæpius jam nobis laudata, convocationes Conciliorum ac Synodorum, constitutiones Episcoporum &c. per illos factæ, de quibus & similibus vid. præter alios Steph. Baluzius tum in notis ad Agobardum, tum in præfat. ad capitularia Regum Franciæ, in qua Gretserus & Baronius, ipseque simul cum defensoribus hisce suis fastus & insolentia Papalis acriter perstringuntur.

(*c*) Maximè Ludovicus Pius, cujus nimia facilitate ac simplicitate, uti uxor & liberi, ita Pontifex etiam, Episcopi ac Monachi abutebantur, quam in rem exemplum satis luculentum in abjectissima illa & Imperatore prorsus indignâ apud Nicolaum I. submissione modo vidimus.

(*d*) Conf. Acta Synodi Parisinæ a. 824. contra Iconoduliam habitæ [infra etiam Cap. IV. §. 1. sub initium ferè memoranda.] Hincmariitem Opuscula & epistola, nec non Gregorii IV. Epistola ad Episcopos Regni Francorum, apud Agobardum, Tomo II. p. 53. [edit. Baluz.]

(*e*) v. gr. Theutgardus Trevirensis & Guntharius Colonienfis, Præsules, ob defensum Lotharium à Nicolao I. depositi, ideoque in literis ad eum datis *libidinem*

II. Caro
porum in
fules Ge
Mediola
nen

verlia loc
arica fira

domina
electio
nflituro
& fepius
ac Syno
los facta
Baluzius
ad capi
Baronius
is & info

facilitate
ex etiam
nem exem
Impera
none mo

ntra Ico
fub ini
la & epi
opos Re
I. p. 53

retharum
à Nico
vidanem

a) Contra traditiones v. Spanhem 835.

b) Cultum imaginum et. Spanhem 385.

c) Contra sœlibatium v. Spanhem 836.

^(g) nenses maximè. Contra traditiones humanas^a /
superstitionesque ~~et~~ varias egregia testimonia
ex capitularibus Imperatorum peti possunt (b).
Cultui imaginum à Synodo Nicæna II. & Ha-
driano I. Pontifice Romano aliisque Pontifici-
bus confirmato restitere strenuè Synodus Pari-
sina anno 824. (i) præcipuique Ecclesiæque Oc-
cidentalis Episcopi. Calibatum abrogandum
censuere Britanni (k) & Germani varii, maxi-
mè

Dd 2

mè

dominandi, tyrannidem, rapacitatem, fucum factionem
&c. eidem exprobrantes, apud Aventinum Annal. Bo-
jor. Lib. IV. p. 255. & Pithoeum in Annalibus Franco-
rum, ubi tùm Nicolai ad Præsules istos epistola, tùm
horum ad illum responsio comparent.

(f) Vid. Baron. ad ann. 863. num. XLII. sqq.

(g) Vid. Sigon. de Regno Italiæ Lib. V. ubi per
Angilbertum maximè, Archiep. Mediolanensem, altis-
simo propterea silentio paribus cum Agilramno factis in
Ecclesia Pontificia involvendum circa ann. 805. effe-
ctum fuisse refert, *ut nonnisi post ducentos annos Ecclesia*
Mediolanensis ad Romanæ obedientiam redierit.

(h) In his enim Clerus & populus à superstitionibus
& Pseudepigraphis ad verbi divini pabulum revocantur,
passimque interdicitur, *nova & non Canonica & non secun-*
dum Scripturas S. fingi aut predicari populo, v. g. in Ca-
pitulari I. Carolino, Cap. LXXX. Conf. quæ supra jam
in Sec. VIII. ad initium §. I. Cap. III. dicta fuere.

(i) Vid. Spanhem. Histor. imag. restit. Sect. IX. p.
613. sqq. ubi Synodus ista ejusque acta contra Ponti-
ficios operosè vindicantur.

(k) Vid. Balæus in Centuriis.

mè Udalricus (l), Episcopus Augustans, in Epistola ad Nicolaum ^{1.} (m) Contra invocationem Sanctorum pugnare Claudius Taurinensis (n) & Agobardus Lugdunensis (o). Missas solitarias (p) rejecere Theodulphus, Walafrius Strabo, Synodus Nannetensis, Moguntina, Parisiensis, Imperatores in Capitularibus. Lingua vernacula officia divina hoc ævo subinde celebrârunt Illyricæ Gentes & Slavonicæ, Germani itidem, Walafrido Strabone memorante (q). Commu-

(l) A. 863. defunctus, & ex canonisationis honore, quem primus ille a. 993. à Johanne XV. solenni ritu consecutus esse dicitur, celeberrimus. Vid. quæ infra ad §. 1. Cap. V. sub tit. Canonisationis SS. dicuntur.

(m) Extat hæc epistola in Orthodoxographis num. LXI. apud Flacium in Catal. Test. Ver. f. 59. sqq. Calixtum de cœlibatu Clericorum, ubi & Udalrico contra dissentientes vindicatur, & ex nova J. F. Mayeri editione denuò prodiit Gryphisvaldiæ 1703. Adde unsch. Nachr. 1710. p. 183. sqq.

(n) Apud Mabillonium, Annalect. Tom. I. pag. 36. uti inter alia, *non jubemur, inquit, ad creaturam tendere, ut efficiamur beati, sed ad ipsorum creatorem, & mox ex Augustino de vera Relig. Cap. IV. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum &c.*

(o) De Imaginibus Cap. XXX.

(p) Confer hic omnino celeb. Buddei Dissert. ad Sec. superioris C. II. §. 5. num. 3. jam allegatam in SS. ibidem citatis, & adde Dallæum, de cultibus lat. Lib. IV. Cap. XIV. sq.

(q) De rebus Eccles. Cap. VII. Conf. & Card. Bona rerum Liturg. Lib. I. Cap. V. & IX.

Estat hujus Epile cirtio Witemberga 4. a. 1521. pp. 1. p.
6. tit. Epile d. v. Hutterichii Augustensis Episcopi, ad verum
institutionem de cleri coelibatu plane referens, Aplicum spi-
ritum. Sub finem h. Epile legit: inventa e' h. d. Epile, in quadam
historia badii vet. ty. aqua Germanice Hutterich, in Hutter-
a inferiori Germaniae provincia. Recensionem conservat in hanc Epile, L. R. Feuerlinus in se-
1) Contra invocacem Antonum v. spanhem 838. mit h. d. h. Panconicis.
1) Contra Hippas solitaria v. spanhem 839.

Contra Latinam Cinguam in celebrandi offi-
cij divini v. spanhem 839.

is, in Ep
cationem
nensis (p
s solitaria
as Strabo
Parisiensis
ua verma
lebrarum
ni idem
Com
mu
nis hono
solenni
id, quoz in
S. dicent
aphis num
59. 199
Udalric
F. Mayer
33. Adde
I. pag. 16
torem, &
non sit nati
ert, ad Sec
n §§. ibi
Lib. IV.
Card. Bo

a, De Comunionem sub utraq. v. panem, 839. fin.
cf. hic Schmidii D. de factis Calicis Eucharistici.

unionem
270 re
dolphus,
verus alii

Transl
in Radbe
um & se
in Missa
pre hoc di
mo plurim
nim nomi
legiti, qu
accipiamu
ramus, I
nus Mete
Lagdonen
vel maxim
scorus Eri
merunt &
luchansta
it (1).
nimis cu

(1) Vid.
semper enim
ad Sec. XII
us, capitula
fere.
(2) Rep
Sec. §. 2.

munionem sub utraq[ue] constanter hoc obtinuisse ævo referunt Carolus M. Alcuinus, Theodulphus, Jonas Aurelianensis, Paschasius Radbertus aliique plurimi (r).

§. II.

Transubstantiationem hoc seculo à Paschasio Radberto inductam fuisse jam diximus, qui idem & sententiam de oblatione corporis Christi in Missa repetenda & sacrificio ejusdem propriè sic dicto plenius exhibuit, multis tamen, imò plurimis dissentientibus, qui Stercoranistarum nomine fuere à transubstantiatoribus insigniti, quòd statuerent, id, quod in Eucharistia accipiamus, in secessum abire, quales fuere Bertramus, Heribaldus Antissiodorensis, Amalarius Metensis, Rabanus Moguntinus, Florus Lugdunensis, alii. Cæterum hunc Paschasium vel maximè refutavere Bertramus & Johannes Scotus Erigena, qui figuram Eucharisticam statuerunt & negavere, idem nos corpus Christi in Eucharistia accipere, quod è Maria natum fuerit (s). Addi debet affinis controversia, sed nimis curiosa, num aperto utero Christum

Dd 3

Ma.

(r) Vid. idem Bona, l. c. lib. II. Cap. XVIII. ubi, *semper enim, ait, & utique ab Ecclesia primordiis usque ad Sec. XII. sub specie panis & vini communicarunt fideles, coepitque paulatim ejus Sec. initio calicis usus obsolescere.*

(s) Repetantur heic quæ supra jam Cap. I. hujus Sec. §. 2. sub tit. Bertrami & Paschasii Radberti di-

Maria pepererit, negante Paschasio, affirmante Bertramo (t).

§. III.

De lite Godeschalchiana, de qua & alibi, nempe in dissertatione de gratia & prædestinatione egimus, non opus est multa memorare. Recenseamus saltem fautores Godeschalci ipsiusque adversarios. Primi fuere Remigius Lugdunensis cum tota Ecclesia Lugdunensi, Synodi Valentina & Lingonensis (u), Florus Magister, Diaconus Lugdunensis, Prudentius Trecensis, Ratramnus Corbejenfis, Lupus Servatus, alii. Nec tamen hoc volumus, hos placida Godeschalci omnia sua fecisse. Posteriores Hincmarus Rhemenfis, Rabanus Moguntinus, Synodi

ximus, & inspiciantur auctores ibidem allegati, neque enim vacat, quæ circa historiam de Eucharistia in Sec. IX. dogmaticam prolixissimè iterum commentari liceret, operosè heic diducere.

(t) Et hanc controversiam suprà Cap. I. §. 2. in nota ad Ratramni de nativitate Christi librum jamjam tetigimus, nec est, quod heic addamus, nisi Paschasii hanc in rem scriptum, *Sacris Virgimbus* dedicatum etiam extare in Spicilegio Dacheriano Tomo XIII. pag. 1. coll. cum Tomo I. p. 396. Cæt. Mezeræus hanc controversiam ex otio Monachorum natam dicit, parumque convenientem & gravitati virorum & pudori virginum, quibus sua inscripsit Paschasius.

(u) Vide hîc Usserii historiam Godeschalci & prædestinationis controversiæ C. 13, p. 301. sqq.

affirman

ahbi, nem
stitution
e. Rece
iphusqu
ugdunen
ynodi Va
Magister
Trecentis
atus, ali
da Gode
es Hinc
nus, Sy
nodi

allegati,
uchastitia
commen

2. in no
jamjan
i Pascha
edicatum
XIII. pag
nanccon
parum
dori vit
& pr-

modi Mo
gena ca

In Ori
phori Im
refumiere
dam cum
Armeno,
coribus,
denda om
ritus S. à
firmantib
hoc xvo p
rum, Gra
bolum v
maximè
dos Occu

(x) Eria
controver
da venier
pe §. 2. C
materia ib
ma.

(y) Vid
Cap. III.
fior. Imag
servant co
III. lett. 2

(z) Co
ad cap. ci
ritus S. ac

rupta Ecclesiæ utriusque concordia, partim quod Romani Pontifices absolutam in sedem Constant. auctoritatem sibi arrogavere, quod hi ferre nolebant (aa), partim quod Nicolaus I. Pontifex Romanus Ecclesiam Bulgaricam suæ Jurisdictioni, licet incassum, asserere voluit, Græcis conrendentibus, Bulgariam fuisse Ecclesiæ Orientalis partem, gentem item à Sacerdotibus Græcis primò conversam seque Patriarchatui Constantinopolitano sponte submisisse. Taceamus differentiam circa ritus utriusque Ecclesiæ, hoc ævo vel maximè stabilitam (bb) in materia de

mus, nisi crevisse hoc seculo litem ubi Latinis falsi crimen ob additam Symbolo vocem *Filioque*, atque adeo symboli ipsius corruptionem & adulterationem in sua ad Patriarchas Epist. Encyclica exprobravit Photius. qui & plures alios hanc in rem tractatus dedit, ab Allatio, de Perpet. consens. lib. II. C. VI. recensitos.

(aa) Constans scilicet persuasio fuit, cum Imperio Romano amisso amissum quoque fuisse primatum Sedis Romanæ, inque Patriarcham novæ Romæ translatum, uti vel ea docent, quæ de Perpet. Consens. Lib. II. C. III. p. 522. seqq. aliunde allegat, ipse etiam Allatius, qui tamen Romanos Pontifices ante Photium in omnes Orientis Imperatores & Patriarchas supremam potestatem nemine repugnante exercuisse, primumque Photium schismatis, resistentiæ, & oppositionis omnis auctorem extitisse post Baronium l.c. Cap. IV. & passim alibi comminiscitur.

(bb) stabilitam utique duntaxat, non demum natam, uti modo dicti Baronius & Allatius volunt, cum vesti-

parin
in sedem
, quodli
icolaus l
cam suz
uit, Grz
Ecclesiz
rdoribus
archatu
Tace
Ecclesiz
materia
de

inis fili
, aequ
rationem
vit Pho
it, ab Al
nilitos.
perio Ro
dis Ro
rum, uti
C. III.
us, qui
omnes
poresta
ue Pho
mnis au
& passim

m natam
um vesti

De differētia ei ritus Euto Rom. & Prae. est. panden
p. 858.

de Azymis
corum, a
testate chri
pertineat &
Parisiensis
vel maxim
num (ee),
mante Nic
Constant.
ruto Ignat
tius, qui t
necessum
Imperator
gatus fuit

gia & specim
in Synodo Ti
adeoque tesq
ejusque Cano
ria de ritibus
(cc) Hujus
jam in Cap. L
(dd) Hujus
Nicolai I. scri
VII. & Labbe
(ee) Vid. l.
173. & lqq.
perum & Cre
Gazetorum. N
que lata pro
to nuncupata

de Azymis, Jejunió Sabbathi, cælibatu Clericorum, abstinentia à sanguine & suffocato, potestate chrismandi, num ad Presbyteros quoque pertineat &c. scriptaque Ratramni (*cc*), Aenæ Parisiensis (*dd*), aliorumque contra Græcos, & vel maximè schisma illud magnum Photianum (*ee*), ubi Photius, Ignatio deposito, reclamante Nicolao Pontifice Romano thronum Constant. adiit, ipse rursus deponendus, restituto Ignatio, quo defuncto repetiit sedem Photius, qui tamen eandem cedere post 9. annos necessum habuit Stephano, Leonis Sapientis Imperatoris Fratri, atque in monasterium relegatus fuit (*ff*).

Dd 5.

§. V.

gia & specimina hujus differentiae satis luculenta jam in Synodo Trullana seu Quinisexta sub finem Sec. VII. adeoque tesquiseculum circiter ante hoc ævum habita ejusque Canonibus, quibus subinde à Græcis, in materia de ritibus quoque, vapulant Latini, deprehenduntur.

(*cc*) Hujus contra Græcorum errores libri IV. suprâ jam in Cap. I. §. 2. sub tit. Rotramni indicati fuere.

(*dd*) Hujus extat liber de erroribus Græcorum, jussu Nicolai I. scriptus, apud Dacherium Spicileg. Tom. VII. & Labbeum Concil. Tom. VIII. col. 476.

(*ee*) Vid. Baronius Annal. Tom. X in specie ad ann. 858. & sqq. Allatius de Photiana Synodo adv. Hottingerum & Creyghonum, Maimburgius de Schismate Græcorum, Nat. Alexander ad Sec. IX. Dissert. IV. ea-que satis prolixa, enarrando huic Schismati ex instituto nuncupatâ, &c.

§. V.

De Ceremoniis, hoc seculo quæ obtinere, paucissima addemus. Eas hoc tempore mirum in modum fuisse auctas constat. Ita Cantilena ad regulare modulamen inflexæ, consecrata templis donaria, ornamenta templorum multiplicata, vestes Sacerdotes auctæ, campanarum & organorum usus passim inuictus, jejunia precesque ad majorem numerum redactæ, maximè verò dies festi novi introducti, reliquæ Sanctorum plurimæ inventæ aliaque. Præprimis autem hic non tacendum, hoc ævo Postillarum usum in Ecclesiam introductum, quæ eam ob rationem hoc nomine donatæ fuere, quia post illa, quæ ex S. Scripturis recitata fuerant, erant populo prælegendæ, quò Homiliarium Pauli Diaconi primò referendum est (gg). Addi possunt

(ff) Circa ann. 886. ubi & reliquo vitæ suæ spatio tranquillè exacto, placida morte obdormivit. Allatus quidem de perp. conf. Lib. II. C. VII. perhibet, Photio extincto extinctum quoque fuisse schisma, Græcosque reliquos Pontificem Rom. tanquam rei Ecclesiasticæ moderatorem postmodum agnovissè, sed falsissimè, schisma enim illud non tantum continuabatur per Nicolaum Chrysobergen, Sisinnium, Sergium, aliosque post Photium Patriarchas, Mich. maximè Cerularium, sed & hodiernum durat inter Græcos genuinos [non latinizantes] & Romanenses in compluribus fidei articulis.

(gg) Vid. Godofr. Wegneri, Theol. Regiomontani, Disp. Theol. de Postillis Ecclesiasticis Regiomonti

a) De serimoniis sive seri auctis v. spanhem 873.
b) De antileis cf. spanhem 873.

c) De novis reliquiis v. spanh. 897. quorum perti-
nent Cypriani reliquia e fide Judei cuiusdam
Isaaci.

d) De officiis v. spanh. 899.

a) De Concilio de disciplina q. Natal. Alex. l.c. in primis
de quodam Anonimo l.c. cap. IV. artic. II. f. 79.

b) Synodus Parisiensis de imaginibus nostra faveat sententia
hinc a quodam Pontifice filentio preternissa, uant. ut c)
add. Fleury X. 226. 230. fave II. 170.

sunt leg
Sanctor
Hierarc
dis fac
Roman
reigim

DE I
T

N
imagi
fuere
pugna

1700. l.
tis. Ad
[edit. l.
ad XII.
(a)
Tom.
Primo
flauras
(b)
lupus
(c)
Mich.
querel

sunt legendaria, sive legendæ aureæ h. e. vitæ Sanctorum, hoc ævo compilari cœptæ. De Hierarchia quæ addi hic merentur, ex jam dictis facillè suppleri possunt, ubi Episcoporum Romanorum fastum affectatumque primatum tetigimus.

CAP. IV.

DE HÆRESIBUS, SCHISMATIBUS ET CONCILIIS HUIUS SECVLI.

§. I.

Non moramur jam plurima Concilia, res disciplinæ saltem spectantia (a). In causa imaginum tria Constantinopolitana (b) habita fuere sive pro eorum cultu sive in contrarium pugnantia. In Synodo Parisiensi anno 824. (c) hanc

1700. habita, cum auctoribus ibid. §. II. p. 5. allegatis. Add. Dupinii Meth. Stud. Theol. C. VIII. p. 118. [edit. lat. de ann. 1722.] ubi verò postillarum origo ad XII. demum & XIII. Seculum refertur.

(a) Prolixè ea recenset Nat. Alexander Hist. Eccl. Tom. VI. Sec. IX. Cap. IV. quod inscribitur *de Synodis Provincialibus & Nationalibus, quibus sancita est & restaurata disciplina* fol. 77. 6. sqq.

(b) De his vid. paulò infra sub medium & finem huius §.

(c) ad a. 825. Cal. Novembr. occasione literarum Mich. Balbi & Theophili Imp. ad Ludovicum Pium & querelarum de Græcorum in causa Imag. disensione ha-